UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Einsambe Angela. Das ist: Underricht/ unnd Manier/ wie sich eine andächtige Seel in Gebrauch Zehentägig-Geistlicher Ubungen verhalten möge

Weisshaupt, Wolfgang

[Einsiedeln], 1680

Approbationes Theologicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60709

Visual Library

FACULTAS
ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI, D.
ABBATIS.
AUGUSTINUS
DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ABBAS MONASTERII BEATÆ VIRGINIS DE EINSIDLEN, S. R. IMPERIJ

PRINCEPS.

Librum, cui titulus eſt: Einſambe Angela, abs dilecto Nobis in Chriſto R. P. Wolfgango Weiſshaupt compoſitum, per Theologos noſtros recognitum & approbatum, tenore præſentium typis mandari poſſe, concedimus. Datum In Monaſterio noſtro Einſidlenſi die 1. Februarij, 1680.

AUGUSTINUS ABBAS.

A P-

APPROBATIONES THEOLOGICÆ.

S. Ambroſ. in Pſal. 28. Optimè *præſenti libello titulus* Solitudo Angelæ (Einſambe Angela) *præfigitur*, (Si tamen ſolus, cui Deus præſens eſt.) *Ingredere eam devota anima, &* loquetur Dominus ad Cor tuum. *Hîc* ſedebis ſolitaria, & levabis te ſupra te; *ut tandem cum Auctore præ amoris dulcedine ſuaviter in Domino quieſcas, ac in intima penetralia cœleſtis Aſſueri admittaris, cum Beatis omnibus jucundiſſimum Alleluja decantatura. Ex Monaſterio Einſidlenſi* 1. *Februarij* 1680.

Oſeæ 2. Thren. 3.

P. Adelricus Suter Subprior, & SS. Theol. olim Profeſſor.

Etſi ingenuè fatear, me libellum hunc, vulgò Einſambe Angela, oder Vnderzicht der Zehentägigen Geiſtlichen Vbungen/*pervolventem, vix hujus tanquam myſterioſi fluminis profunda cum Propheta Ezechiele uſque ad talos emenſum eſſe. Audacter tamen aſſevero, ad lucis Divinæ radium juxta Orthodoxæ fidei ac morum regulas concipiendum valde perutilem, proinde ad plurium emolumentum lucem publicam omni jure mereri. Immittat Deus animabus devotis ad hujus Inſtructionis uſum ſpiritum, quo authorem benignè illuſtrare dignatus eſt, quemadmodum ſpiritum Eliæ in cœlum igneo curru rapti ſuper diſcipulum ac individuum comitem Eliſeum requieſcere juſſit.*

P. Dionyſius Hartman, Profeſſus Einſidlenſis, & Theologus.

Vor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN